Lectura super Ioannem

Caput XX, Lectio 2

I. [10]Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. [11]Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, et prospexit in monumentum:

II. [12]Et vidit duos Angelos in albis, sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu.

III. [13]Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum: et nescio ubi posuerunt eum.

I.

2493. – Secundo commendatur eius devotio ex lacrymarum affluentia, quia "plorans". *Thren*. I,2: "Plorans ploravit in nocte." Est autem duplex lacrymarum gemitus:

[1] scilicet compunctionis ad peccata abluenda, *Ps*. VI,7: "Lacrymis meis stratum meum rigavi";

[2] et devotionis ad caelestia desideranda, *Ps*. CXXV,6: "Euntes ibant, et flebant mittentes semina sua", idest properantes ad caelestia.

[1] Sed Maria Magdalena lacrymis quidem compunctionis abundavit tempore suae conversionis, quando quae fuerat in civitate peccatrix, amando veritatem lavit lacrymis maculas criminis. *Lc*. VII,47: "Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum."

[2] Abundavit etiam lacrymis devotionis in Christi passione et resurrectione, ut habetur hic.

2494. – Tertio commendatur eius devotio ex inquisitionis diligentia. Unde dicit "Dum ergo fleret, inclinavit se et prospexit in monumentum."

Lesung über Johannes

Kapitel XX, Lesung 2

I. [10]Die Jünger gingen also wieder weg zu sich [nach Hause]; [11]Maria aber stand beim Grab, außen, und weinte. Während sie also weinte, neigte sie sich vor, und blickte in das Grab:

II. [12]Und sie sah zwei Engel in weißen Kleidern, die saßen einer beim Kopf und einer bei den Füßen, dort wo der Körper Jesu gelegen hatte.

III. [13]Sie sagen zu ihr: Frau, was weinst du? Sie sagt zu ihnen: Weil sie meinen Herrn weggenommen haben, und ich weiß nicht, wohin sie ihn gelegt haben.

[1. Die Tränen und die Liebe der Maria Magdalena]

I.

2493. – Zweitens wird ihre Ergebenheit gelobt, die sich im Fließen ihrer Tränen zeigt, denn „[sie] weinte". *Klg* 1,2: „Sie weinte sehr in der Nacht."

Es gibt aber ein zweifaches Seufzen der Tränen, nämlich:

[1] das der Reue, um die Sünden abzuwaschen, *Ps* 6,7: „Mit meinen Tränen habe ich mein Lager benetzt";

[2] und das der Ergebenheit, in der man Himmlisches ersehnt, *Ps* 126,6: „Sie gingen und weinten, als sie ihre Samen streuten", das heißt indem sie zu Himmlischem eilten.

[1] Aber Maria Magdalena ist von Tränen der Reue übergeflossen in der Zeit ihrer Bekehrung, als sie, die in der Stadt die Sünderin gewesen war, aus Liebe zur Wahrheit mit Tränen die Flecken der Missetat abwusch. *Lk* 7,47: „Ihr wurden viele Sünden nachgelassen, weil sie viel geliebt hat."

[2] Sie floss auch über von Tränen der Ergebenheit bei Christi Passion und Auferstehung, wie hier berichtet wird.

2494. – Drittens wird ihre Ergebenheit gelobt, die sich in der Sorgfalt der Nachforschung zeigt. Daher sagt [der Evangelist]: „Während sie also weinte, neigte sie sich vor, und blickte in das Grab."

Fletus enim iste ex desiderio amoris proveniebat. Natura enim amoris est quod velit dilectum praesentem habere, et si hoc non potest in re, saltem eius praesentiam habet in cognitione. *Matth.* VI, 21: "Ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum."

Amare ergo flebat Maria, quia oculi qui Dominum quaesierant et non invenerant, lacrymis vacabant, amplius dolens quod ablatus fuit de monumento: quoniam magistri tanti, cuius vita subtracta fuerat, memoria remanebat.

Et ideo quia eum habere non poterat, volens saltem videre locum ubi positus fuerat, "inclinavit se, et prospexit in monumentum".

In quo datur intelligi quod in mortem Christi debemus prospicere cum humilitate cordis. *Matth*. XI, 25: "Abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Et prospexit", ut daret exemplum continue oculis mentis mortem Christi prospicere: quia amanti semel aspexisse non sufficit, cuius vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. *Hebr*. XII,2: "Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta."

"Inclinavit" autem "se, et prospexit", quia caritas Christi eam urgebat. II *Cor*. V,14: "Caritas Christi urget nos." Vel potius, secundum Augustinum, divino instinctu in animo eius factum est ut perspiceret, et altius aliquid videret, scilicet Angelos; *Rom*. VIII,14: "Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei." […]

2503. – Sed numquid ad consolationem amantis est habere aliquid quod fuit amici? Et quidem, secundum Augustinum, IV *Confessionum*, magis pertinet ad dolorem. Unde ipse dicit, quod fugiebat omnia loca in quibus conversatus fuerat cum amico suo. Et tamen Chrysostomus dicit, quod est ad consolationem.

Sed utrumque est verum. In omnibus enim quae habent admixtionem gaudii et tristitiae, spes rei desideratae est delectabilis, *Rom*. c. XII,12: "Spe gaudentes, in tribulatione patientes", est etiam et tristabilis, quia "spes quae differtur affligit animam": sed non secundum eamdem rationem

Jenes Weinen nämlich erwuchs dem Verlangen der Liebe. Das Wesen der Liebe besteht nämlich darin, daß sie das Geliebte anwesend haben will, und wenn sie dies in der Wirklichkeit nicht kann, so hat sie seine Anwesenheit wenigstens im Denken. *Mt* 6,21: „Wo dein Schatz ist, dort ist dein Herz."

Maria weinte also bitterlich, weil die Augen, die den Herrn gesucht und nicht gefunden hatten, für die Tränen frei waren, da es sie noch mehr schmerzte, daß er vom Grab weggebracht worden war. Denn die Erinnerung an einen so großen Lehrer, dessen Leben weggenommen worden war, war geblieben.

Und weil sie ihn nicht haben konnte, „neigte sie sich" deshalb „vor", da sie wenigstens den Ort sehen wollte, wo er hingelegt worden war, „und blickte in das Grab".

Dadurch wird zu verstehen gegeben, daß wir mit Demut des Herzens auf den Tod Christi hinsehen müssen. *Mt* 11,25: „Du hast dies vor den Weisen und Klugen verborgen, den Geringen aber enthüllt."

„Und [sie] blickte", damit sie ein Beispiel gäbe, fortwährend mit den Augen des Geistes auf den Tod Christi zu blicken. Denn es genügt dem Liebenden nicht, nur einmal denjenigen erblickt zu haben, dessen Kraft der Liebe die Absicht nachzuforschen vervielfacht. *Hebr* 12,2: „Wir blicken hin auf den Urheber und Vollender des Glaubens, Jesus, der, da ihm die Freude vor Augen stand, das Kreuz auf sich nahm und die Entstellung verachtete."

„Sie neigte sich" aber „vor, und blickte", weil die Liebe Christi sie drängte. 2 *Kor* 5,14: „Die Liebe Christi drängt uns."

Oder vielmehr ist es, Augustinus zufolge, durch göttliche Eingebung in ihrer Seele bewirkt worden, daß sie hinblickte und tiefer etwas sah, nämlich die Engel; *Röm* 8,14: „Die vom Geist Gottes bewegt werden, sind Kinder Gottes." […]

2503. – Aber dient es etwa der Tröstung des Liebenden, etwas zu haben, was dem Freund gehörte? Es trägt doch sogar, Augustinus zufolge, *Confessiones* IV, mehr zum Schmerz bei. Daher sagt er selbst, daß er alle Orte gemieden habe, an denen er mit seinem Freund umgegangen war. Und trotzdem sagt Chrysostomus, daß es der Tröstung dient.

Beides aber ist wahr. In allem nämlich, was eine Beimischung von Freude und Trauer hat, ist die Hoffnung auf die ersehnte Sache erfreulich: *Röm* 12,12: „Freut euch in der Hoffnung, seid geduldig in der Bedrängnis"; sie ist [aber] sogar auch betrüblich, weil [*Spr* 13,12] „die Hoffnung, die nicht erfüllt wird, die Seele niederdrückt": aber nicht infolge derselben Ursache.

– Nam inquantum per spem repraesentatur res amata ut possibilis consequi, causat gaudium;

– inquantum autem separat actu, absens contristatur.

Et sic est in isto loco:

– quia res amici inquantum repraesentat amicum, amanti delectabilis est;

– inquantum vero subtractionem amici ad memoriam reducit, tristitiam infert.

Lectio 3

I. [14]Hæc cum dixisset, conversa est retrorsum, et vidit Iesum stantem: et non sciebat quia Jesus est.

II. [15]Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quem quæris?

III. Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum: et ego eum tollam.

IV. [16]Dicit ei Iesus: Maria. Conversa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister).

V. Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum:

VI. [17]vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum. [18]Venit Maria Magdalene annuntians discipulis: Quia vidi Dominum, et hæc dixit mihi.

II.

2507. – Allocutio Christi ponitur cum dicit "Dicit ei Iesus: mulier, quid ploras?"

[1] Primo ponitur Christi interrogatio;

[2] secundo mulieris responsio.

[1] Circa primum sciendum est, quod mulier ista paulatim proficit: nam Angeli causam ploratus exquirunt, sed Christus quid quaerat, interrogat. Nam ploratus ex desiderio inquisitionis causabatur. Quem quaerit enim interrogat ut augeatur desiderium,

– Denn insofern durch die Hoffnung die geliebte Sache als möglicherweise zu erreichende dargestellt wird, verursacht sie Freude;

– insofern sie aber [den Hoffenden von jener Sache] in Wirklichkeit trennt, wird er als Abwesender traurig.

Und so ist es an dieser Stelle:

– weil die [hinterlassene] Sache des Freundes, insofern sie den Freund darstellt, dem Liebenden erfreulich ist;

– insofern sie aber den Verlust des Freundes in Erinnerung ruft, bringt sie Trauer.

Lesung 3

I. [14]Als sie dies gesagt hatte, wandte sie sich um und sah Jesus dastehen, und wußte nicht, daß es Jesus ist.

II. [15]Jesus sagt zu ihr: Frau, was weinst du? Wen suchst du?

III. Jene glaubte, es sei der Gärtner, und sagte zu ihm: Herr, wenn du ihn weggenommen hast, sag mir, wohin du ihn gelegt hast, und ich werde ihn holen.

IV. [16]Jesus sagt zu ihr: Maria. Sie wandte sich hin und sagte zu ihm: Rabbuni (das heißt übersetzt Meister).

V. Jesus sagt zu ihr: Berühre mich nicht: Ich bin nämlich noch nicht aufgestiegen zu meinem Vater.

VI. [17]Geh aber zu meinen Brüdern, und sage ihnen: Ich steige auf zu meinem Vater und zu eurem Vater, zu meinem Gott und eurem Gott. [18]Maria Magdalena ging und verkündete den Jüngern: Ich habe den Herrn gesehen, und dies hat er mir gesagt.

[2. Die geistliche „Pädagogik" der Erscheinungen]

II.

2507. – Die Anrede Christi wird angeführt, wenn [der Evangelist] sagt: „Jesus sagt zu ihr: Frau, was weinst du!"

[1] Erstens wird Christi Frage angeführt;

[2] zweitens die Antwort der Frau.

[1] Hinsichtlich des ersten muß man wissen, daß jene Frau langsam vorwärtskommt: denn die Engel fragen nach der Ursache des Weinens, aber Christus fragt, was sie sucht. Denn das Weinen wurde verursacht durch das Verlangen nach der Nachforschung. Wen sie suche nämlich fragt [Christus], damit das Verlangen vermehrt wird,

quatenus cum nominaret quem quaereret, in amorem eius ardentius aestuaret, et sic semper quaereret. *Ps*. CIV,4: "Quaerite faciem eius semper"; *Prov*. IV,18: "Iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem." […]

2511. – "Et dixit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi": Dominum enim vocat ut benevolentiam captet.

Sed cum iste de novo venisset, nec ei dixerat quem quaerebat, quare dixit "si tu sustulisti eum?" Quem eum?

Sed dicendum, quod vis amoris hoc agere solet in amato, ut quod ipse semper cogitat, nullum alium credat ignorare. Unde *Lc*. ult. [XXIV], v. 17, cum quaereret Dominus, "Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem?" Dixerunt: "Tu solus peregrinus es in Ierusalem?" et cetera.

VI.

2519. – Deinde ponit instructionem affirmativam, dicens "Vade autem ad fratres meos" scilicet Apostolos, qui sunt fratres

– per conformitatem naturae, *Hebr*. II,17: "Debuit per omnia fratribus assimilari",

– et per adoptionem gratiae, quia eius patris sunt filii adoptivi, cuius ipse est filius naturalis.

Ubi notandum est triplex privilegium, quod Magdalenae est collatum.

[1] Primo quidem propheticum, per hoc quod meruit Angelos videre: propheta enim est medius inter Angelos et populum.

[2] Secundo Angelorum fastigium, per hoc quod vidit Christum, in quem desiderant Angeli prospicere.

[3] Tertio officium apostolicum, immo facta est Apostolorum Apostola, per hoc quod ei committitur ut resurrectionem dominicam discipulis annuntiet: ut sicut mulier viro primo nuntiavit verba mortis, ita et mulier primo nuntiaret verba vitae.

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org;
deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)

weil sie ja, wenn sie den nannte, den sie suchte, in der Liebe zu ihm brennender erglühte, und so immer suchen würde. *Ps* 105,4: „Suchet sein Angesicht immer"; *Spr* 4,18: „Den Pfaden der Gerechten geht gleichsam ein strahlendes Licht voran und wächst bis zum vollkommenen Tag." […]

2511. – „Und sagte zu ihm: Herr, wenn du ihn weggenommen hast, sag mir": ‚Herr' nämlich nennt sie ihn, damit sie [sein] Wohlwollen gewinnt.

Aber weil jener neu [dazu] gekommen war, und sie ihm nicht gesagt hatte, wen sie suchte, weshalb sagte sie „wenn du ihn weggenommen hast"? Wen ‚ihn'?

Aber man muß sagen, daß die Kraft der Liebe dies im Liebenden zu bewirken pflegt, daß er davon, was er selber immer denkt, glaubt, daß niemand anderer es nicht weiß. Als daher in *Lk* 24,17 der Herr fragte: „Was sind das für Reden, die ihr zwischen euch führt?" sagten jene: „Bist du der einzige Fremde in Jerusalem" etc.

[3. Maria Magdalena als „Apostelin der Apostel"]

VI.

2519. – Danach führt [der Evangelist] die positive Belehrung an, indem er sagt: „Geh aber zu meinen Brüdern", nämlich zu den Aposteln, die Brüder sind

– durch die Übereinstimmung der Natur, *Hebr* 2, 17: „Er mußte in allem den Brüdern ähnlich werden",

– und durch die Annahme durch Gnade, weil sie die Adoptivsöhne seines Vaters sind, dessen wesensmäßiger Sohn er selbst ist.

Hier muß die dreifache Bevorzugung beachtet werden, die Magdalena zuteil wurde.

[1] Erstens die prophetische, dadurch nämlich, daß sie verdiente, die Engel zu sehen. Der Prophet nämlich ist der Mittler zwischen den Engeln und dem Volke.

[2] Zweitens den Gipfel [der Seinsweise] der Engel, dadurch daß sie Christus sah, den zu schauen die Engel sich sehnen.

[3] Drittens das apostolische Amt, ja: sie ist sogar zur Apostelin der Apostel gemacht worden, dadurch daß ihr übertragen wurde, die Auferstehung des Herrn den Jüngern zu verkünden: Wie daher eine Frau dem Mann zuerst die Worte des Todes verkündete, so verkündete auch eine Frau zuerst die Worte des Lebens.